ēē = esset   p̄da = praeda   m̄ae (= maritimae)

Ordinationem, appellatione postposita, compellatis sententi testimonium perhibere. Nullis literis veritati et iustitiae praeiudicantibus si quae apparuerint a sede Apostolica impetratae. Quod si ambo his exequendis nequiveritis interesse, tu frater Archiepiscope ea nihilominus exequaris. Datae Lateran Non. Junij Ao Pontificat. nostri 4.

p. 45 fin. Vitigo I praesul cum Friderico Dietzmanni Marchionis cognomento Sapientis filio bellum inauspicatum gessit, quem cum ab obsidione oppidi Pirnae Praesul primum repelleret, adolescens Princeps fortius instructis copiis instaurat, Pirnam expugnat, Dresdam capit, Scharfebergum occupat. Praesul cum quo se tum reciperet, praesidium non haberet ad Vernerum Antistitem Moguntinum confugit. Interea et arx Stolpena illi eripitur. Tandem Henrici Mersburgii et Brunonis Numburgensis patrociniis id efficit, ut in sedem pristinam restituatur. Eodem Ao Idem Marchio qui tum Seselitzi habitabat, delectatus venationibus, cum forte lassus Hirschsteinam arcem ad Albim sitam venisset, toxico in cerasis dato, de vita Seselitzi reditus rapta gratam.

p. 46 Bernhard Praesul ad instaurandas servandasque suae dioecesis reliquias, oppidum Pirnam regi Wenceslao, Dresdam Henrico Marchioni vendidit 1299. Laut Albrecht bestätigt Laupe v. Nürnberg aus.

p. 50 Vitigo II Praesul emit arcem Libetalam supra Pirnam oppidum consensu Johannis regis Boemiae. Ao 1336

p. 51. Vitigo II Ecclesiam Missnensem antecessorum negligentia, bellorumque in his regionibus inter reges Romanos et Marchiones Misnenses diuturnitate admodum labefactatam in dignum dignitatis statum reponit, ac eius auget terminos, oppidum Nossam ad Muldam, Libetalam ad Albim aere suo comparat. Arcem Mogellanam instaurat. Pirnam ad certum tempus redimit. Ao. 1347

Fabric. lib. 6 Orig. Saxon.

Frideric. March. Misn. filium dictum M. Misn. cum Vitigone praesule Misnensi de Pirna et Dresda oppidis contendit. Nam ea Henricus Marchio Vitigo praesul inops Ecclesiae ..... ... oppignorat. quae ei Fridericus omnibus tentat adimere. verum armis a Pirna repulsus maioribus eam copiis expugnat. Tum Dresdam recipit. Fugato Moguntiam praesule arci Stolpensi praesidia imponit. Obiit Marchio Misn. + 1291.

id. lib. 7. Origin. Saxon. 1421. In bello Bohemico Wilhelmus Marchio Misniae ordinis ducis et virtutis gratia equestria ornamenta accepit ao 1421. In reditu Pirnam obsedit et armis cepit quam Dresdensis Praefectus regio nomine defendebat. Donam expugnat

id. ead. libro de Friderico 2 placido Electore fol. 740.

Boemi collecto agmine praedatorio Ao 1421 29 Sept. posteaquam duae maximae expeditiones Germanorum cum dedecore dissipatae erant, in Misniam irrumunt, primisque agrum Pirnensem populant et oppidum tentant, quod cum et natura loci et arce Sonnenstein atque praesidiis munitum esset, praeda contenti Albis ripam descendunt vetero-Dresdam invadunt. Ingenti praeda aucti domum revertuntur, plures in societatem latrocinii attrahunt, redeunt eadem via Pirnam vetero-Dresdam, Misenam et reliquias ex agris auferunt.

Anno 1455

Boemi, quia odio inveterato Misnensibus male cogitabant auctore praefecto arcis Blankensteiniae Pirnam occupare per insidias cogitant, ut facto belli initio urbem illam